

134

opere cessabis. **I**dem enim tempus tu feceris: nec
 pretere potuerunt tempus antequam faceres tempus. **S**i
 autem ante celum et terram nullum erat tempus: cur quirit
 quod tunc faciebas. **N**on enim erat tunc ubi non erat
 tempus: nec tu tempore tempus precedis. **A**lioquin non omnia
 tempus precederes. **S**ed precedis omnia tempus preterita cel-
 situdine semper presentis eternitatis: et supernas omnia
 futura quia et illa futura sunt et cum venerint prete-
 rita erunt: tu autem idem ipse es et amici tui non defi-
 cient. **A**nni tui nec eunt nec veniunt: isti enim nostri
 et eunt et veniunt: ut omnes veniant. **A**nni tui omnes sicut
 stant quoniam stant: nec euntes a venientibus exclu-
 duntur quia non transiunt: isti autem nostri omnes erunt: cum omnes
 non erunt. **A**nni tui dies unus et dies tuus non
 cotidie sed hodie: quia hodiernus tuus non cedit cra-
 stino: neque enim succedit hesternus. **H**odiernus
 tuus eternitas: ideo coeternum genuisti: cui dixisti
 hodie genui te. **O**mnia tempus tu fecisti: et ante omnia
 tempus tu es: nec aliquo tempore non erat tempus. **N**ullo ergo
 tempore non feceras aliquid: quia ipsum tempus tu feceras: et
 nulla tempus tibi coeterna sunt: quia tu permanes.
At illa si permanerent: non essent tempora. **Q**uid est
 enim tempus? **Q**uis hoc facile breviter explica-
 verit? **Q**uis hoc ad verbum de illo proferturum
 vel cogitatione apprehenderit? **Q**uid autem familiarius et
 notius in loquendo commemoramus quam tempus? **E**t intel-
 ligimus utique cum id loquimur: intelligimus etiam cum